



123
 uiunt & bibunt decalice eius unde & in uisione contra ba-
 bi lonem scribitur i Calix aureus babilon in hebraicis om-
 nem terram Nouissimus autem rex babilonis bibet hanc
 potionem propinante sibi ascensore bigae cameli & asini
 regem edorum atque persarum quomodo autem babilon que
 hebraice dicitur babel intellegatur sesach non magno opere
 laborabit qui hebraeae linguae saltim paruū hūc uerit sa-
 entium sicut apud nos graecum alfa bēum usq; ad nouissi-
 mū litteram per ordinem legatur hoc est alfa bēu & ce-
 tere usq; ad ω rursusq; propt̄ memoriam paruulorum
 solemus lectōnis ordinem uertere & primis extrema miscere
 ut dicamus alfa o bēu psi sic & apud hebraeos primum est
 aleph secundum bēth tertium gemel usq; ad uicesimam
 secundam & extremam litteram thau cui paenultima est
 sin legimus itaq; aleph thau bēth sin Cumque ue-
 nerimus ad medium lamed litterae occurrit chaph & ut
 si recte legatur legimus babel tunc ordine commutato legi-
 mur sesach uocales autem litterae inter bēth & hēth
 lamēth & caph iuxta idiu mā linguae hebraeae in hoc no-
 mine non ponuntur Arbitrorq; a scō propheta prudenter fu-
 isse celatum ne a peste eorum contra se insaniam commoue-
 ret Qui obsidebant hierusalem & iam tumq; eius portuari
 erant quod & apostolum contra imperium romanum fecisse
 legimus scribentem de anti xpō non meministis quod cū